



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 28. Adventus cujusdam Legati Græcorum ad Synodum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV.
A. C. 1437. surus, Bullam condere noluit, sed dunt
xat oretenus spopondit, se Synodo animi
sui sententiam per Joannem Archiepiscopum Tarentinum Legatum suum, qui
proxime Basileam venturus esset, declaraturum. Sub idem tempus Bonaventuræ Abbas, & Raymundus Taloni, quos
Synodus pariter delegaverat, supremam
manum pacto cum Avenionensium Ora-
toribus inito imposuerunt. Inter eos
enim conventum erat, ut Avenionenses
præter illa sex Ducatorum millia, quæ jam
jam Triremium Praefecto numerata erant,
residua etiam septuaginta, quæ promis-
sent, millia suppeditarent, postquam Syno-
dus solemne condidisset decretum, quo
omnino Basileensis vel Avenionensis, aut
quædam alia civitas intra Sabaudiam sita
in locum Concilii feligenda firmaretur;
Avenionensibus autem permittere-
ut omne id, quod ex indulgentiis, ac de-
cimis nuper injunctis proveniret, per quo-
dam ad id muneric designandos percipere
possent, iisdem emolumentis usque ad in-
tegram prædictæ summæ numerationem
pignoris loco retinendis.

§. XXVIII.
*Adventus cujusdam Legati Græcorum
ad Synodum.*

Dum hæc geruntur, Imperator Græco-

rum

rum, postquam unacum Patriarcha Con-Sæcul. XV.
stantinopolitano, & Orientalibus Episco- A.C. 1437.
pis in Occidentem proficisci statueret, Jo-
annem Legatum suum ad Eugenium, &
ad Synodum misit, qui pro sua profectio-
ne triremes parari peteret. Eodem an-
no millesimo quadringentesimo trigesimo
septimo mense Februario ineunte Lega-
tus Basileam ingreditur, concessæ pot-
statis literas, quæ tamen nil nisi privata
epistola fuerant, Basileensibus offert, &
explicata mandati sui serie, provinciam
sibi demandatam quatuor præcipue arti-
culis circumscribi testatur, scilicet, ut de
sincera Græcorum intentione Synodum
edoceret, eosque cuncta, quæ mutuo con-
clusa fuissent, exequi paratos nunciaret:
dein ut Patres, ne contraria foverent con-
silia, induceret, simulque loci qui ad ce-
lebrandam Synodum commodus esset,
electionem urgeret, ac tandem utrum
triremes necessario apparatu instructæ es-
sent, inquireret.

§. XXIX.

*Responsum Legato ad alloquium ad-
missum a Synodi Præside datum.*

Ad hæc Præses Legato reposuit, Patri-
bus nihil antiquius fuisse, quam ut de
omnibus istis debite providerent, jamque
conducendis triremibus Præfectum fuisse

Hist. Eccles. Tom. XXVII. R no-